# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## M. Val. Martialis Epigrammaton libri XII

**Martialis, Marcus Valerius**

**Dilingae, 1660**

M. Val. Martialis epigrammaton. Liber XIV

**urn:nbn:de:bsz:31-102399**

Visual Library

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON

## LIBER XIV.

*Cui Apophoreta inditum nomen.*

### I.

*SYntheſibus dum gaudet eques, dominúſque ſenatus,*
*Dúmq; decent noſtrum pilea ſumpta Iouem:*
*Nec timet ædilem moto ſpectare fritillo,*
*Cùm videat gelidas iam propè verna lacus:*
*Diuitis alternas, & pauperis accipe ſortes:*
*Præmia conuiuæ det ſua quiſque ſuo.*
*Sunt apinæ, tricæq;, & ſi quid vilius iſtis.*
*Quis neſcit? vel quis tam manifeſta negat?*
*Sed quid agam potius madidis Saturne diebus,*
*Quos tibi pro cœlo filius ipſe dedit?*
*Vis ſcribam Thebas, Troiámque, maláſque Mycenas?*
*Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.*

Quo

*Quo vis cunque loco potes hunc finire libellum:* (*pes.*
*Verſibus explicitum eſt omne duobus o-*

Apophoretha. II.

*Lemmata ſi quæris cur ſint adſcripta, docebo;*
*Vt ſi malueris, lemmata ſola legas.*

Pugillares citrei. III.

*Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas,*
*Eſſemus Libyci nobile dentis onus.*

Quincuplices. IV.

*Cæde iuuencorum domini calet area felix,* (*nor.*
*Quincuplici cera cùm datur altus ho-*

Pugillares eburnei. V.

*Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ,*
*Nigra tibi niueum littera pingat ebur.*

Pugillares membranei. VI.

* V. putes. *Eſſe *puta ceras, licet hæc membrana vocetur:*
*Delebis, quoties ſcripta nouare voles.*

Chartæ maiores. VII.

* V. petis. *Non ſunt munera quæ *putas puellæ,*
*Cùm donat vacuas poëta chartas.*

* epiſtolicæ. Chartæ * epiſtolares. VIII.

*Seu leuiter noto, ſeu caro miſſa ſodali,*
*Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.*

Lo-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Loculi eburnei. *IX.*

*Hos niſi de * fulua loculos implere mo-* * flaua.
*neta* (*rant*. Sportu-
*Non decet. argentum vilia ligna fe-* la.

Loculi lignei. X. (*li,*

*Si quid adhuc ſupereſt in noſtri face locel-*
*Munus erit: nihil eſt, ipſe locellus erit.*

Tali eborei. *XI.*

*Cùm ſteterit nullus vultu tibi talus eo-*
*dem,*
*Munera me dices magna dediſſe tibi.*

Teſſera. *XII.*

*Non ſim talorum numero par teſſera,*
*dum ſit*
*Maior, quàm talis, alea ſæpe mihi.*

Turricula. *XIII.*

*Quærit compoſitos manus improba mit-*
*tere talos:*
*Si per me miſit, nil niſi vota facit.*

Tabula luſoria. *XIV.*

*Hic mihi bis ſeno numeratur teſſera pun-*
*cto;*
*Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.*

Nuces. *XV.* (*tur:*

*Alea parua nuces, & non damnoſa vide-*
*Sæpe tamen pueris abſtulit * illa nates.* * iſta.

Theca calamaria. *XVI.* (*to.*

*Sortitus thecam calamis armare memen-*
*Cetera nos dedimus, tu leuiora para:*

Cal-

Calculi. XVII.

*Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,*
*Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.*

Graphiarium. XVIII.

*Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro:*
*Si puero dones, non leue munus erit.*

Dentiſcalpium. XIX.

*Lentiſcum melius: ſed ſi tibi frondea cuſpis*
*Defuerit, dentes penna leuare poteſt.*

Auriſcalpium. XX.

*Si tibi moroſa prurigine verminat auris,*
*Arma damus tantis apta libidinibus.*

Acus aurea. XXI.

* V. Té-nia.

* *Tænia ne madidos violent bombycina crines,*
*Figat acus, tortas ſuſtineátque comas.*

Pecten ad Caluum. XXII.

*Quid faciet nullos hic inuentura capillos,*
*Multifido buxus quæ tibi dente datur?*

* Crines ſapo. XXIII.

* dele, τὸ crines.
* Cartica.

* *Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos:*
*Captiuus poteris cultior eſſe comis.*

Mat-

Mattiacæ pilæ. XXIV.

*Si mutare paras longæuos cana capillos:*
*Accipe Mattiacas; *quo tibi calua? pilas.* *V.quid.

Vmbella. XXV.

*Accipe quæ nimios vincant vmbracula Soles.*
**Si licet & ventus, te tua vela tegent.* * Sit.

*Gauſapa. XXVI. * Cauſia Lipſius& Domitius.

*In Pompeiano tectus ſpectabo theatro:*
*Nam ventus populo vela negare ſolet.*

Venabula. XXVII.

*Excipient apros, expectabúntq; leones:*
*Intrabunt vrſos, ſit modò firma manus.*

Culter venatorius. XXVIII.

*Si deiecta * geres longo venabula roſtro:* * V. gemes.
*Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.*

Parazonium. XXIX.

*Militiæ * decus hoc, & grati nomen honoris,* *V.quęrit grati decus omen honoris.
*Arma tribunicium cingere digna latus.*

Pugio. XXX.

*Pugio, quem curuis * ſignat breuis orbita venis,* *V. cingit.
*Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.*

Fal-

Falx ex enſe. XXXI.

V. domus dociles.

*Pax me certa * ducis placidos curuauit in vſus.*
*Agricolæ nunc ſum, militis antè fui.*

Securricula. XXXII.

*Cùm fieret triſtis ſoluendis auctio nummis,*
*Hæc quadringentis millibus emta fuit.*

Ferramenta tonſoria. XXXIII.

*Tondendis hæc arma tibi ſunt apta capillis:*
*Vnguibus hæc longis, vtilis illa genis.*

Scrinium. XXXIV.

*V. Cõſtructos.

** Conſtrictos niſi das mihi libellos:*
*Admittam tineas, trucésq; blattas.*

Faſces calamorum. XXXV.

*Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus:*
*Texantur reliqua tecta palude tibi.*

Candela. XXXVI.

*Ancillam tibi ſors dedit lucernæ,*
*Tutas quæ vigil exigit tenebras.*

Lucerna polymyxos. XXXVII.

*Illuſtrem cùm tota meis conuiuia flammis,*
*Tótq; geram mixtos, vna lucerna vocor.*

Cereus. XXXVIII.

*Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes:*
*Subducta eſt puero namq; lucerna tuo.*

Can-

Candelabrum Corinthium. XXXIX.

*Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.*
*Non norat paruos vncta lucerna patres.*

Candelabrum ligneum. XL.

*Eſſe vides lignum: ſerues niſi lumina, fiet*
*De candelabro magna lucerna tibi.*

Pila paganica. XLI.

*Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,*
*Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.*

Pila trigonalis. XLII.

*Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,*
*Sum tua: ſi neſcis ruſtice, redde pilam.*

Follis. XLIII.

*Ite procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas:*
*Folle decet pueros ludere, folle ſenes.*

Harpaſta. XLIV.

*Hæc rapit Antæi velox in puluere draucus,*
*Grandia qui vano colla labore facit.*

Halteres. XLV.

* *Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?* * V. Quod.
*Exercet melius vinea foſſa viros.* mallem. quot.

Ga-

Galericulum. XLVI.

*Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, (mas.*
*Hac poteris madidas condere pelle co-*

Strigiles. XLVII.

*V. deſtringere. *Pergamus has miſit curuo * diſtringere ferro,*
*Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi,*

Guttus corneus. XLVIII.

*Geſtauit modò fronte me iuuencus.*
*V. putabas. *Verum rhinocerota me * putabis.*

Rhinoceros. XLIX.

*Nuper in Auſonia domini ſpectatus arena*
*Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.*

Crepitaculum. L.

*Si quis plorator collo tibi vernula pendet,*
*Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.*

Flagellum. LI.

*Proficies nihil hoc, cadas licet vſque flagello:*
*Si tibi purpureo de grege currit equus.*

Myrobalanum. LII.

*Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,*
*Hoc ex vnguento conſtat, & ex balano.*

Aphro-

Aphronitrum. LIII.

*Ruſticus es, neſcis quid Græco nomine dicar,*
*Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.*

Opobalſama. LIV.

*Balſama me cupiunt, hæc ſunt vnguenta virorum*
*Delicias * Nini vos redolete nurus.* * Hini.

Lomentum. LV.

*Gratum munus erit, ſciſſo nec inutile ventri,* V. nimio, ſed vtrũque vitiosè.
*Si clara Stephani balnea luce * petes.* * V. petat.

Laterna cornea. LVI.

*Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis,*
*Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.*

Laterna ex veſica. LVII.

*Cornea ſi non ſum, numquid ſum, fuſcior? aut me*
*Veſicam contrà qui venit eſſe * putat?* * putet?

Fiſtula. LVIII.

*Quid me compactum ceris, & arundine rides?*
*Quæ primùm extructa eſt fiſtula, talis erat.*

Tibiæ. LIX.

*Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis:*
*Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.*

An hæ lanatæ pelles, de quibus ſupra ep. 42. lib. I.

Soleæ lanatæ. LX.

*Deſuerit ſi fortè puer, ſoleáſque licebit*
*Sumere: pro puero proderit ipſe ſibi.*

Muſcaria pauonina. LXI.

*Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,*
*Alitis eximiæ cauda ſuperba ſumus.*

Copta Rhodia. LXII.

*Peccantis famuli pugno ne percute dentes:*
*Clara Rhodos coptam, quam tibi miſit, edat.*

Porcus. LXIII.

*Iſte tibi faciet bona Saturnalia porcus,*
*Inter ſpumantes ilice paſtus apros.*

Muſcarium bubulum. LXIV.

*Sordida ſi flauo fuerit tibi puluere veſtis,*
*Colligat hũc tenui verbere cauda leuis.*

Botulus. LXV.

*Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,*
*Saturni ſeptem venerat ante dies.*

Pſittacus. LXVI.

*Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam:*
*Hoc didici per me dicere, Cæſar aue.*

Pica. LXVII.

*Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,*
*Si me non videas, eſſe negabis auem.*

Narthe-

Narthecium. LXVIII.

*Artis ebur medicæ narthecia * cernis habere*
*Munera, quæ cuperet Pactius eſſe ſua.*

* cernis? habebis Munera, &c.

Plagra. LXIX.

*Ludite laſciui, ſed tantùm ludite ſerui.*
*Hæc ſignata mihi * quinq; diebus erunt.*

* ſaturnalibus quibus domini ſeruiebant; ſerui accũbebant.

Ferulæ. LXX.

*Inuiſæ nimium pueris, grataq; magiſtris,*
*Clara Prometheo munere ligna ſumus.*

Pera. LXXI.

*Ne mendica ferat barbati prandia nudi,*
*Dormiat & tetrico cum cane pera rogat.*

Scopæ. LXXII.

*In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe:*
*Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt.*

Scalptorium. LXXIII.

*Defendet manus hæc ſcapulas mordente moleſto*
*Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.*

Manuale. LXXIV.

*Ne toga barbatos faciat, vel penula libros,*
*Hæc abies chartis tempora longa dabit.*

Lectus pauoninus. LXXV.

*Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis*
*Nunc Iunonis auis: ſed prius Argus erat.*

Ephippium. LXXVI.

*Stragula ſuccincti venator ſume veredi:*
*Nam ſolet à nudo ſurgere * ficus equo.*

* pectus. Aldus.

Stibadia. LXXVII

*Accipe lunata ſcriptum teſtudine * ſignum:*
*Octo capit: veniat, quiſquis amicus erit.*

*V. ſigma & ſanè emẽdatius.

Guſtatorium. LXXVIII.

*Femineam nobis cherſonſi credis ineſſe,*
*Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus.*

Menſa citrea. LXXIX.

*Accipe felices Atlantica munera ſiluas:*
*Aurea qui dederit dona minora dabit.*

Menſa acerna. LXXX.

*Non ſum criſpa quidem, nec ſiluæ filia Mauræ:*
*Sed norunt lautas & mea ligna dapes.*

Dentes eborei. LXXXI.

*Grandia taurorum portant qui corpora, quæris*
*An Libycas poſſint ſuſtinuiſſe trabes?*

* Quin-

*Quincupedal. LXXXII. — * al. Quincupeda.

*Puncta notis ilex, & acuta cuſpide clauſa,*
*Sæpe redemtoris prodere furta ſolet.*

Pocula archetypa. LXXIII.

*Non eſt iſta recens, nec noſtri * gloria cœli:* — *V. dorica.
*Primus in his * Mentor dum facit illa, bibit.* — * V. meritò dum facit illa, bibit.

Calices. LXXXIV.

*Non ſumus audacis plebeia toreumata vini:*
*Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua.*

Phiala aurea cælata. LXXXV.

*Quamuis Callaico rubeam generoſa metallo,*
*Glorior arte magis: nam meus iſte labor.*

Calices Vatini. LXXXVI.

*Vilia ſutoris * calicem monumenta Vatini* — * calices monimenta.
*Accipe: ſed * naſus longior ille fuit.* — * Vatini naſus lõgior erat quàm calices.

Lances chryſendetæ. LXXXVII.

*Grandia ne viola paruo chryſendeta * mulſo:* — *f. mullo
*Vt minimum, libras * debet habere duas.* — * V. dicat.

Vaſa Aretina. LXXXVIII.

*Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus:*
*Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.*

Baſcauda. LXXXIX.

*Barbara de pictis veni baſcauda Britannis:*
*Sed me iam mauult dicere Roma ſuam.*

Panaca. XC.

*Si non ignota eſt docti tibi terra Catulli,*
*Potâſti teſta Rhatica vina mea.*

Boletaria. XCI.

*Cùm mihi boleti dederint tam nobile nomen,*
*Prototomis, pudet heu, ſeruio * colicolis.*

* V. caulicolis.

Calices Surrentini. XCII.

*Accipe non vili calices de puluere natos:*
*Sed Surrentina leue toreuma rota.*

Colum niuarium. XCIII.

*Setinos moneo noſtra niue frange trientes:*
*Pauperiore mero tingere lina potes.*

Saccus niuarius. XCIV.

*Attenuare niues norunt & lintea noſtra:*
*Frigidior colo non ſalit vnda tuo.*

Vrceoli miniſtratorij. XCV.

*Frigida non deſit, non deerit calda petenti:*
*Sed tu moroſa ludere parce ſiti.*

Vrceus fictilis. XCVI.

*Hic tibi donatur panda ruber vrceus anſa:*
*Stoicus hoc gelidam Fronto * petebat aquam.*

* V. bibebat.

Cala-

Calathi. XCVII.

*Nos Satyrus, nos Bacchus amat, nos ebria tigris,*
*Perfuſos domini lambere docta pedes.*

Calices Saguntini. XCVIII.

*Quæ non ſolicitas teneat, ſeruétque miniſter,*
*Sume Saguntino pocula ficta luto.*

Calices gemmati. XCIX.

*Gemmatum Scythicis vt luceat ignibus aurum,*
*Adſpice quot digitos exuit iſte calix.*

Ampulla potoria. C.

*Hac licet in gemma, quæ ſeruat nomina Coſmi,*
*Luxurioſe bibas, ſi foliata ſitis.*

Cryſtallina. CI.

*Frangere dum metuis, frangis cryſtallina: * peccant*
*Secura nimium, ſolicitaq́; manus.*

* V. peccas Secura nimium ſolicitáque manu.

Nimbus vitreus. CII.

*Ab Ioue qui veniet miſcenda ad pocula, largas*
*Fundet nimbus aquas: hic * tibi vina dabit.*

* V. quoque.

Myrrhina. CIII.

*Si calidum potas, ardenti myrrha Falerno*
*Conuenit, & melior * ſit ſapor inde mero.*

* fit.

Patella Cumana. CIV.

*Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam,*
*Municipem miſit caſta Sibylla ſuam.*

Calices vitrei. CV.

*Adſpicis ingenium Nili: quibus addere plura*
*Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.*

Lagena niuaria. CVI.

*Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis,*
*Quò tibi decocta nobile frigus aquæ?*

Niues. CVII.

*Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem*
*De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis.*

Idem. CVIII.

*Maſſiliæ * fumos miſcere niualibus vndis*
*Parce puer, conſtet ne tibi pluris aqua.*

* V. fumum.

Ligula argentea. CIX.

*Quamuis me ligulam dicant equitéſque patréſque:*
*Dicor ab indoctis lingula grammaticis.*

Cochlearia. CX.

*Sum cochleis habilis, ſed nec minus vtilis ouis:*
*Numquid ſcis potius cur cochleare vocer?*

Anuli.

Anuli. CXI.

*Ante frequens, ſed nunc rarus nos donat amicus:*
*Felix cui comes eſt non alienus eques.*

*Dactylotheca. CXII.

*Dacty-liotheca Turneb.

*Sæpe grauis digitis elabitur anulus vnctis:*
*Tuta mea fiet ſed tua gemma fide.*

Toga. CXIII.

*Romanos rerum dominos gentémq; togatam*
*Ille facit; magno qui dedit aſtra patri.*

Idem. CXIV.

*Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos:*
*Attrita veniet ſportula ſæpe toga.*

Endromis. CXV.

*Pauperis eſt munus, ſed non eſt pauperis vſus:*
*Hanc tibi pro togula mittimus endromida.*

Canuſinæ rufæ. CXVI.

*Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo*
*Munus erit. gaude: non citò fiet anus.*

Bardocucullus. CXVII.

*Gallia Santonico veſtit te bardocucullo,*
*Cercopithecorum penula nuper erat.*

* al coccina.

* Lacernæ coccineæ. CXX.

*Si Veneto: Praſinóue faues, quî coccina ſumis?*
*Ne * fias iſta transfuga ſorte, vide.*

* fiant illa.

Pileus. CXXI.

*Si poſſem, totas cuperem miſiſſe lacernas:*
*Nunc tantùm capiti munera mitto tuo.*

Lacernæ Beticæ. CXXII.

*Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aëno:*
** Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ouis.*

* V. Si.

Cænatoria. CXXIII.

*Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota:*
*Hic opus eſt pictis accubuiſſe toris.*

Læna. CXXIV.

*Tempore brumali non multum leuia proſunt:*
*Calfaciunt villi pallia * veſtra mei.*

* V. noſtra.

Lacernæ albæ. CXXV.

*Amphiteatrales nos commendamur ad vſus,*
*Cùm tegit algentes noſtra lacerna togas.*

Gauſapa villoſa vel mantile. CXXVI.

*Nobilius villoſa * tegant tibi lintea citrum:*
*Orbibus in noſtris * circulus eſſe poteſt.*

* V. tegunt.
* quilibet.

Cucul-

Cuculli Liburnici. CXXVII.

*Iungere neſciſti nobis ô ſtulte lacernas,*
*Indueras albas, exue * callaicas.*

* V. callainas à calai gemma, quæ ſapphieum imitatur.

Vdones Cilicij. CXXVIII.

*Nõ hos lana dedit, ſed olẽtis barba mariti:*
*Cinyphio * poterit planta latere ſinu.*

* V. poterat.

Syntheſis. CXXIX.

*Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces,*
*Hos poteris cultus ſumere iure tuo.*

Focale. CXXX.

*Si recitaturus dedero tibi fortè libellum,*
*Hoc focale tuas aſſerat auriculas.*

Tunicæ Patauinæ. CXXXI.

*Vellera cùm ſumant Patauina multa trilices,*
*Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.*

Spongia. CXXXII.

*Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis*
*Vtilis, expreſſo cùm leuis imbre tumet.*

Pænula gauſapina. CXXXIII.

*Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt,*
*Vt me vel media ſumere meſſe velis.*

Ceruical. CXXXIV.

*Tinge caput nardi folio, ceruical olebit:*
*Perdidit vnguentum cùm coma, pluma tenet.*

Lodices. CXXXV.

*Nudo ſtragula ne toro paterent,*
*Iuncta nos tibi venimus ſorores.*

Cubicularia polymita. CXXXVI.

*Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt*
*Pectine Niliaco iam Babylonis acus.*

Zona. CXXXVII.

*Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter*
*Si tumeat, fiam tunc tibi Zona breuis.*

Gauſape quadratum. CXXXVIII.

*Lodices mittet docti tibi terra Catulli:*
*Nos * Helycaonia de * regione ſumus.*

Semicinctium. CXXXIX.

*Det tunicam * diues: ego te præcingere poſſum,*
*Eſſem ſi locuples, munus vtrumque darem.*

Lanæ amethyſtinæ. CXL.

*Ebria Sidoniæ cùm ſim de ſanguine cōchæ,*
*Non video quare ſobria lana vocer.*

Lanæ albæ. CXLI.

*Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis*
*Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.*

Lanæ Polentinæ. CXLII.

*Non tantùm pullo lugentes vellere lanas,*
*Sed ſolet & calices hæc dare terra ſuos.*

Idem.

* Lycaonia ſed rectiùs Helicaonia Helicaon Antenoris filius.
*Veneta ſeu Patauina.
* V. locuples.

Idem. CXLIII.

*Lana quidem triſtis, ſed tonſis apta miniſtris,*
*Quales non primo de grege menſa * vocat.* *V. vetat.

Tomentum * Lingonicum. CXLIV. *V.Leuconicũ.

*Oppreſſæ nimium vicina eſt faſcia plumæ?*
*Vellera * Lingonicis accipe raſa ſagis.* *V.Leuconicis.

Tomentum Circenſe. CXLV.

*Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur:*
*Hæc pro * Lingonico ſtramina pauper (emit.* *V.Leuconico.

Pluma. CXLVI.

*Laſſus Amyclæa poteris requieſcere pluma,*
*Interior cycni quam tibi lana dedit.*

Fenum. CXLVII.

*Fraudata tumeat * facilis tibi culcita pluma.* *fæno.
*Non venit ad duros pallida cura toros.*

Tintinnabulum. CXLVIII.

*Redde pilam: ſonat æs thermarum. ludere pergis?*
** Virgine vis ſola lotus abire domum.* *aqua virgine ſic dicta vt ſupra lib. 5. d.

Diſcus. CXLIX.

*Splendida cùm volitent Spartani pondera diſci,*
*Eſte procul pueri: ſit ſemel ille nocens.*

Cithara. CL.

*Reddidit Eurydicen vati: ſed perdidit ipſe,*
*Dum ſibi non credit, nec patienter amat.*

Idem. CLI.

* eiecta.

*De Pompeiano ſæpe eſt * electa theatro,*
*Quæ duxit ſiluas, detinuitq; feras.*

Plectra. CLII.

* pulſula malè, puſula & puſtula idem ſunt.

*Feruida ne trito tibi pollice * puſula ſurgat:*
*Exornent docilem garrula plectra lyram.*

Trochus. CLIII.

*al. canthus.

*Inducenda rota eſt: das nobis vtile munus.*
*Iſte trochus pueris, at mihi* cantus erit.*

Idem. CLIV.

*Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur,*
*Cedat vt argutis obuia turba trochis!*

Signum victoriæ. CLV.

* Hoc, lego. * Germanici. * Germanicus decem habet litteras.

** Hæc illi ſine ſorte datur, cui * nomina Rhenus*
*Vera dedit: *decies adde Falerna puer.*

Sauroctonos Corinthius. CLVI.

*Ad te reptanti puer inſidioſe lacertæ*
*Parce: cupit digitis illa perire tuis.*

Hyacinthus in tabula pictus. CLVII.

*Flectit ab inuiſo morientia lumina diſco*
*Oebalius, Phœbi culpa dolórque puer.*

Per-

Perſona Germanica. CLVIII.

*Sum figuli luſus * Ruſi perſona Bataui.* *Ruſi.
*Quæ tu derides, hæc * timet ora pater.* * Rectè

Hercules Corinthius. CLIX. Aldus

*Elidit geminos infans, nec reſpicit anques.* puer ora timet niſi malis.
*Iam poterat teneras hydra timere manus.* timet ora puer.

Hercules fictilis. CLX.

*Sum fragilis: ſed tu moneo ne ſperne ſigillum,*
*Non pudet Alciden nomen habere meum.*

Minerua argentea. CLXI.

*Dic mihi virgo ferox, cùm ſit tibi caſſis & haſta,*
*Quare non habeas ægida? Cæſar habet.*

Sigillum * Giberij fictile. CLXII. * Sigerij

*Ebrius hæc fecit terris puto monſtra Prometheus:* de quo ſupra ſigeriósq; modos, &c.
*Saturnalicio luſit & ipſe luto.*

Homeri batrachomyomachia. CLXIII.

*Perlege Mæonio cantatas carmine ranas,*
*Et frontem nugis ſoluere diſce meis.*

Homerus in membranis. CLXCV.

*Ilias, & Priami regnis inimicus Vlyſſes;*
*Multiplici pariter condita pelle latent.*

Virgi,

Virgilij Culex. CLXV.

*Accipe facundi Culicem ſtudioſe Maronis:*
*Ne nugis poſitis * arma virúmq; * canas.*

* En iterum ponit Æneidos Principium Arma virúmque.

Virgilius in membrana. CLXVI.

*Quàm breuis * immenſum cepit membrana Maronem?*
*Ipſius vultus prima tabella gerit.*

* V. legas.

Cicero in membranis. CLXVII.

*Si comes iſta tibi fuerit membrana, putato*
*Carpere te longas cum Cicerone vias.*

* V. intonſum.

Liuius in membranis. CLXVIII.

*Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens,*
*Quem mea non totum bibliotheca capit.*

Salluſtius. CLXIX.

* Hic erat. Cic. in Acad.

** Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorum,*
*Primus Romana Criſpus in hiſtoria.*

Ouidij Metamorphoſis in membranis. CLXX.

*Hæc tibi multiplici quæ structa eſt maſſa tabella,*
*Carmina Naſonis quinq; , decémq; gerit.*

Lucanus. CLXXI.

*Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe poëtam:*
*Sed qui me vendit bibliopola putat.*

Catul-

Catullus. CLXXII.

*Tantum magna ſuo debet Verona Catullo,*
*Quantum parua ſuo Mantua Virgilio.*

Calda & frigida aqua. CLXXIII.

*Hæc tibi quæ fuerint caldarum nomina * dicunt:* * dicit.
*Ipſa ſuas melius charta * natabit aquas.* * V. notabit.

Mulæ pomiliæ. CLXXIV.

** His tibi de multis non eſt metuenda ruina:* * Huc refert illud. Non aliter ridetur Atlas cum cõpare mulo.
*Altiùs in terra penè ſedere ſoles.*

Catella Gallicana. CLXXV.

*Delicias paruæ ſi vis audire Catellæ,*
*Narranti breuis eſt pagina * tota mihi.* * V. prima.

Aſturco. CLXXVI.

*Hic breuis, ad numerum rapidos qui colligit vngues,*
*Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.*

Canis vertagus. CLXXVII.

*Non ſibi, ſed domino venatur vertagus acer,*
*Illæſum leporem qui tibi dente feret.*

Simius. CLXXVIII.

*Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas,*
*Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.*

Nota-

Notarius. CLXXIX.

*Currant verba licet, manus eſt velocior illis:*
*Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.*

Concha. CLXXX.

*Leuis ab æquorea cortex Mareotica cōncha*
** Fiat: inoffenſa curret arundo via.*

* Fit licet, offenſa currit.

Morio. CLXXXI.

*Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa:*
*Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.*

Caput arietinum. CLXXXII.

*Mollia Phryxei ſecuiſti colla mariti.*
*Hoc meruit, tunicam qui tibi ſæpe dedit?*

Pumilio. CLXXXIII.

*Si ſolùm ſpectes hominis caput, Hectora credes:*
*Si ſtantem videas, Aſtyanacta putes.*

Parma. CLXXXIV.

*Hæc, quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere rarò,*
*Parma tibi, ſcutum pumilionis * erat.*

* V. erit.

Bruti puer, ſiue puſio. CLXXXV.

*Gloria tam parui non eſt obſcura ſigilli,*
*Iſtius pueri Brutus * amator erat.*

* Strongilionis ſtatuam amauit propter artificium Plinius lib. 34. c. 8.

Acci-

Accipiter. CLXXXVI.

*Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem*
*Decipit, & captas non ſibi mœret aues.*

Obſonator. CLXXXVII.

*Dic quotus * es, quanti cupias cenare, nec vnum*
*Addideris verbum: cena parata tibi eſt.*

* V.&

Calami aucupatorij. CLXXXVIII.

*Non tantùm calamis, ſed cantu fallitur ales.*
*Pallida dum tacita creſcit arundo manu.*

* Corculum. CLXXXIX.

*Pauper cauſidicus nullos referentia nummos*
*Carmina cùm ſcribas: accipe cor, quod habes.*

* Aldus corbulũ ſcribit. ſed retineo corculum cum Lipſio, ſtulto enim cauſidico rectè cor mittit, quo carebat.

Cocus. CXC.

*Non ſatis eſt ars ſola coco, ſeruire * palato:*
*Namque cocus domini debet habere gulam.*

Craticula * cum veru. CXCI.

*Parua tibi curua craticula ſudet ofella:*
*Spumeus in longa cuſpide fumet aper.*

* al. parato: Atque cocus, &c. aliter coci ſeruire.
* abſque veru Turneb. malo cum veru.

Piſtor

Piſtor dulciarius. CXCII.

* Melle. * *Mille tibi dulces operum manus iſta figuras*
*Extruet. *Extruit : huic vni parca laborat apis.*

* Ientacula. CXCIII.

*Surgite, iam vendit * pueris ientacula piſtor,*
*Criſtataq; ſonant vndiq; lucis aues.*

*Ientacula adipata Turnebus.
*pueri.

# FINIS.